



METAPHYSICAE

PROLEGOMENA,

§. 1.

QUOD METAPHYSICA aliquot ambitu suo scientias, ONTOLOGIAM scilicet, COSMOLOGIAM GENERALEM atque PNEVMATICAM, *i. e.* PSYCHOLOGIAM inprimis et THEOLOGIAM NATVRALEM, complectatur, pro ea, quam nostris temporibus faciem induit, in Logica (P. §. 71.) iam indicaui, ut ea hic repetere foret superuacaneum.

Quid
Metaphysica
com-
plectatur.

§. 2.

Metaphysica igitur hoc instituto generalissimas entis affectiones atque species considerat: porro mundi, generatim accepti, notionem nobis submini-

R. Metaph.

A

strat

Non
est
lexicon
ter-
minorum
barbarorum.